UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor Sanctißimæ Trinitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

Conſideratio XLIII.

VULNERA VERBI.

Amor ſanctiſſimæ Trinitatis.

QUod in vulneribus Chriſti, ſecundùm ſanctum
Auguſtinum, præcipuè conſiderandum, eſt *ar-
dor Charitatis in Sanctiſſima Trinitate.* Hinc agnoſces,
quantus ſit Amor Patris, qui *proprio Filio non pepercit,* Rom. 8.
ſed pro nobis tradidit illum. Quantus amor Filii, qui
dixit: *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant* Zach. 13.
me. Quantus Amor Spiritus ſancti, qui Chriſtum ad
patiendum pro nobis mouebat & accendebat. *Ageba-* Luc. 4.
tur à Spiritu ſancto.

2. Amor ſanctiſſimæ Trinitatis præcipuè conſiſtit in vulneribus ſacratiſſimis Chriſti. Undè ſunt motiua magnæ liberalitatis Dei erga nos, quibus Deus mouetur ad liberaliter fundenda in nos dona. Ac proptereà docent Theologi, quod omnia dona Gratiæ effectus ſunt, & præmia vulnerum & meritorum Chriſti.

3. Si cupis à Deo diligi, ama vulnera Chriſti, commorare in ſacris illis cauernis. Deus nonniſi oculis vulnerum Filii te aſpicit: ſic tu non aliis, quàm oculis eorundem vulnerum, & ſanguine vulnerum Chriſti tinctis Deum reſpice.

Conſideratio XLIV.

VULNERA JESU.

Signa & Nuncia pacis.

1. DEſideratiſſimum illud nuncium pacis inter Deum
& hominem attulere Mundo ſanctiſſima Salua-
toris vulnera. Pax vobis, dixit Chriſtus poſt Reſurre-
ctionem ſuam ad Diſcipulos, & continuò oſtendit eis Ioan. 20.